Questio.

x cere satagebat. Sȝ diceres quid tūc homo debȝ orare aut dicere. Respōdeo nō est i scripturis determinatum sed non requiritur magnus tumultus clamoris aut verba multa quia non clamor sed amor sonat in aure dei nam tunc oracio ꝑfecta existit quādo de cordis cōtricione aut mentis deuocione verba formare nescit vt dicit bernhardus. Nā omnes peccatores vt dicit bernhardꝰ tam i veteri quam in nouo testamento qui indulgenciam obtinuerūt suas oraciones verbis breuibus compleuerunt. Dauid enim post magnum peccatum sibi ꝑ nathan obiectuȝ non dixit nisi vnicum verbū scȝ peccaui tūc statim subintulit ꝓpheta transtulit dn̄s peccatum tuū scd̄i regum. xxij. Et latro in cruce qui plenam absolucionem obtinuit a dn̄o. Ait memento mei domine cum veneris in regnum tuū luce. xxiij. et beata maria magdalena que septem vicijs plena fuit et petrꝰ qui ter dominū negauit nichil legūtur dixisse aut orasse sed tātum ex cordis meditacione et mentis deuocione lacrimas largissimas effudisse. Unde inter omnes oraciones peccatori illa magis videtur ad ꝓpositū facere quam publicanus stans retro i templo emisit qui oculos suos leuare ausus nō fuit sed tantum humiliter dixit deus ꝓpiciꝰ esto michi peccatori luce. xviij. Et illa verba ꝓ impetracione indulgencie videntur dicendo eo ꝙ in eis notantur tria ad ꝑfectionem humilitatis et oracōnis requisita scȝ hominis cio cius sub deo vniuersalis subiectio qꝛ deꝰ. Secundo suiipsius totalis sub xp̄o derelicti quia ꝓpicius esto. Tercio peccati tocius vocalis expressio quia michi peccatori. Et postea homo flexis genibꝰ humiliter debȝ orare quinqȝ pater noster xp̄i quinqȝ vulneribus et tociēs aue maria ꝯpassioni virginis marie. vulnera enim xp̄i sunt tanquam vas continens habunde thesaurum ecclesie. Unde augustinus in de ꝯtemplacione domini nostri ihesu xp̄i dicit vulnera xp̄i plena sunt misericordia. plena pietate. plena dulcedine et caritate. ꝑ has rimas licet michi considerare quā suauis est dn̄s meus. Tunc homo ex magna deuocione et intimo cordis desiderio desiderare debet vt omniū indulgenciarum in tali loco ꝓ tunc existenciuȝ deus eum ꝑticipem faciat ⁊ tunc vltra in deuocione ꝓcedere secūdum ꝙ deus donabit seruatis tamen semper cōdicionibus supra habitis. que requiruntur ad indulgencias consequendas. Sed posses obicere quare tu doces aliter orare quā saluator math. vi. ait sic orabitis pater noster ꝛc̄. Sed dicis deus ꝓpicius esto michi peccatori. Eciā quare non sic pater ꝓpicius est michi peccatori ꝛc̄. Respōdeo ꝙ i omni facto vel dicto penitētis debet esse humilitas et illa plꝰ ostenditur in subiectione scȝ cū homo reputat se indignum quia non vixit in creatoris sui voluntate sed peccauit. Ideo ad modum filij ꝓdigi lucis. xv. debet dicere. Non sum dignus vocari filius tuus ⁊ ꝑcōsequens nō oro pater sed deus quasi se totum corā deo in nichilum redigere velit. Qua humiliacione premissa sperare debet ꝙ deus graciam infundat et tunc confidencius postea nomē patris inuocatur dicendo quinqȝ pater noster et quinque aue maria ⁊ tātum de illo modo dicto. Ad raciones ante oppositum questionis. Ad primam quando arguit cōtra suppositum ꝙ de actibus exterioribꝰ nō debeat indulgencia dari quia maius est corripere delinquentes et consulere nescientes. ꝛc̄. Dicendum ꝙ quilibet tenetur ex ꝑcepto corripe delinquentem et ꝯsilium dare erranti. Nō autem tenetur ad ecclesie eleuacioneȝ seu parietum vel pontis reparacionē. Ideo ꝓ istis actibus fiunt indulgencie et non ꝓ illis. Ad secundam qn̄ arguebatur sicut ꝓ maiori bono ꝛc̄. dicendum ꝙ igredi religionem est status in quo quis sufficiēter soluit

Right-margin letters beside the lines "consequendas. Sed posses obicere qua-" (y), "do dicto. Ad raciones ante oppositum" (z) and "lis. Ad secundam qn̄ arguebatur sicut ꝓ" (t).

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-585/0254
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG